

iores nostros condemnationi obnoxios esse. Etiam in religionis contentione audimus plerofq; dicentes: Credam iuxta fidem parentum meorum, &c.

OBS. 6.

Et lumen in sempiternum non videbunt. Ergo erunt in tenebris sempiternis. Christus Matt. 22. & 25. meminit tenebrarum exteriorum, quibus dat fletum & stridorem dentium. Expendendum ergo, quanta sit eorum miseria, qui luce cœlestis gloriæ, in qua iusti fulgebunt sicut Sol in regno Patris ipsorum, Matthæi 13. in sempiternum priuati, tenebris detinebuntur sempiternis. Videmus hinc, quàm sit iucunda lux, quàm iniucundæ & horridæ tenebræ: vnde veluti ex imagine quadam statum futuri seculi in pijs & impijs cognoscere licet. Hic tenebræ obtinebunt Ægyptios: non aliquot dies tantum, sed in perpetuum, & dies erit apud veros Israëlitas.

PSALMVS L.

PSALMVS ASAPH.

ARGVMENTVM PSALMI.

Describitur iudicium Dei cum populo ipsius, in causa cultus: reprehenditur q̄q; falsa cultus opinio, ac traditur ratio veri: postremò reprehenduntur reprobi.

Dispositio Psalmi.

1. Habet autem Psalmus tres partes. Prima continent quasi vocem præconis, aduocantis ad hoc iudicium cœlum ac terram vniuersam, ab ortu Solis ad occasum.
2. Altera habet expostulationem iudicis bimembrem: vnã, qua de ratione cultus agitur in genere cum vniuerso populo: alterã, qua corripuntur improbi.
3. Tertia habet adiectam in fine admonitionem ad omnes.

PSALMVS ASAPH.

VERS. I.



DEVS deorum Dominus mandat, & aduocat terram ab ortu Solis ad vsque occasum.

2. Ex Zion perfectè decoratus Deus illustris prodit.

3. Venit Deus noster, & non silebit: ignis ante faciem eius deuorat, & in circuitu eius turbo vehemens.

4. Aduocat cœlum de sursum, & terram ad iudicandum populum suum.

5. Congregate mihi sanctos meos inquit, ferientes fœdus meum super sacrificio.

6. Et declarabunt cœli iustitiam eius, quoniam Deus iudex ipse. Selah.

LECTIO.

Vers. 2.

Perfectè decoratus Deus.] Ebr. **בכל ימי אל הים**, Græc. & Vulg. Lat. Species decoris eius Hieron. Perfecto decore Deus. Sic & Iustin. Felix: Perfectæ pulchritudinis. Pagn. Perfecti decoris Deus.

Illud: illustris prodit.] Ebr. **תפיע** Græc. & Vulg. Lat. Manifestè. Hieron. Apparuit. Sic & Iustin. Felix: Splendidè apparuit. Pagn. Illustrauit.

Vers. 5.

Congregate mihi.] Ebr. **אספני** Græc. & Vulg. Lat. & Arabs pro **לי** legerunt **לי**, & reddiderunt, Congregate illi. Illud: Sanctos meos, Ebr. est **חסידים**: id est, Eos quibus ego bene volo. Grec. Vulg. Lat. & Arabs legunt: Sanctos meos, Reliqua satis concordant.

EXPLANATIO.

Hisex versus pertinent ad primam partem, qua Psalter officio vtitur præconis. Vtitur autem illo magno serio, quia rem non leuiculam, sed maximam nunciat, nempe quòd Deus iudicium velit inire cum populo suo: idque in causa omnium maxima, nempe de ratione cultus. Sed primùm videmus, quis sit sensus verborum, & quæ emphases: deinde pro nostro more obseruemus peculiariora.

Vers. 1.

Deus deorum Dominus mandat.] Authoritatem Dei ad commendationem officij sui inducit, dicens, se habere mandatum Dei: ne quis personam suam contemnat. Id & Prophetis in vsu fuit, vnde toties illud inculcant: Dominus exercituum loquutus est. Boni homines iudicant alios ex seipsis, putantes eandem esse reliquis diuini nominis reuerentiam, quam ipsi habent: sed vel exigua, vel propè nulla est diuinæ maiestatis ratio & obseruantia in hoc seculo.

Et obserua, quàm commendet diuinam maiestatem, non tantum dicens, Deus mandat, sed, Deus deorum Dominus. vel, vt quidam legunt: Fortis Deus, Dominus, &c. Ita solent præcones principum mandata adferentes, amplissimis titulis maiestatem illorum exprimere: quæ ad hoc fiunt, vt maiore obseruantia sint erga illos subditi. Est autem illud, Deus Deorum, idem quod, Deus potentum ac iudicum. Vocat autem illum ita, non quòd sit tantum potentum Deus, sed quòd & potentes illi subesse cogantur.

Vers. 4.

Et aduocat terram à Solis ortu vsque ad occasum. & vers. 4. Aduocat cœlum de sursum.] Ista sunt ad exprimendam seriam iudicij grauitatem dicta: nempe Deum ad hoc iudicium suum, arbitrorum ac testium loco aduocare cœlum ac terram: hoc est, tam aperto & irrefragabili iudicio acturum Deum cum populo suo, vt etiam si homines non agnitori ac fassuri, testes habiturus sit & arbitros cœlum ac terram. Sic Moles Deut. 4. 30. 32. & Esa. c. 1.

Vers. 6.

Huc facit & sextus versus, vbi dicit: Et pronuntiabunt cœli iustitiam eius, quòd ipse sit iudex: hoc est, iustus iudex. Sic Ecclesia canit: Reuelabunt cœli iniquitatem Iudæ: hoc est, tam est magna, vt etiam si nemo illam reuelare velit, cœli illam non sint occultam manere passuri.

Ex zion.

Et non item: V
 quod eade sit prod
 enim ad form
 progredit
 deinde delc
 quæ ante
 quod dicit: Igni
 multitudine
 ad iudicandum
 non progrediat
 Congregate mihi
 quibus terr
 conuincere
 quod at i et a
 inducit Deum
 qua sit com
 meum super
 quodam deu
 quasi dicat:
 probat sacrificia
 mandata.] H
 illius populum
 sed & glo
 quorum
 deorum] N
 tamen sit o n
 is: que tar
 Tale est & illu
 diriget ill
 esse in manu De
 id habet
 tyrannidem
 cœlum
 obli
 Dei vo
 esse verbu
 ipse, cœlu
 ante faciem
 Dei ob
 datur il
 re poterit
 Ad iudicandum
 que si
 iudicium in
 futuro.
 Congregate mihi
 vocat
 subditos suos
 Deum ef
 Alterum, quò
 & cast gandos ci
 non habet, licet ac
 onem: deic
 quibus peccator
 Domino, cu
 7. Audi pe
 8. Non ar
 sui semper.
 9. Non ac
 10. Quonia
 11. Noni on
 12. Si esuri
 13. Nunq